


Supplementum schematicum.

De ratione convenientiae eiusque radice, de excellentia ordinis, de signis rationis systematice et universaliter ordinatis, de nique de convenientia, contingentia, et fine Incarnationis.



FROM THE DESK OF *Michael G. Shields*

In Lonergan Archives L.P. XIII, File 519 -A2355

Photocopied, March 28, 2002

Methodus theologica.
Ad finem Incarnationis applicata.

1. Quid sit convenientia.

non
^
sive
^
sive

a Conveniens est quoddam intelligibile proprie dictum quod tamen necessarium est neque, quoad existentiam neque, quoad essentiam et in materia theologica hac in vita a nobis perfecte perspicui non potest.

b Intelligibile dicitur dupliciter.

Improprie est quidquid concipi potest. Ita Deus, angelus, homo, privatio, nihil, peccatum concipiuntur et ideo dicuntur intelligibilia.

Proprie est id quod intelligendo cognoscitur, seu est id ipsum quod "intus legitur." Puta Archimedes, primo quidem problemate suo penitus perplexum, at deinde currentem atque exclamantem "Inveni" "Eureka."

c Intelligibile proprie dictum dividitur tripliciter:

1 Potentia intelligibile est sensibile, empiricum, materiale, nudum datum conscientiae internae, et generaliter id de quo apprehenso fit quaestio, investigatio, id in quo exstat problema, id ex quo exsurget intelligibile formaliter, solutio.

2 Formaliter intelligibile est id quod ^{empirico, materiali,} sensibilibus accedit per ipsum actum intelligendi, id quod frequenter ab acutioribus et raro a tardioribus perspicitur, id quod deest quamdiu nondum respondetur quaestionibus, Quid, Cur.

Cave ne confundas formaliter intelligibile cum ipso conceptu, cum verbo incompleto interiori. Sic enim evanescit distinctio inter intelligibile proprie et improprie dictum.

Primo enim res est intelligenda et deinde concipienda, definienda. Nam aliud est definitionem memoriter repetere sine intelligentia, et aliud est ita rem intelligere ut eam definire possimus etiamsi nomina et verba definitionis non meminerimus. Praeterea, non existit communiter correspondentia unius ad unum inter actus intelligendi et conceptus, sed sufficit unus actus intelligendi ad plures conceptus efformandos; ita unus actus intelligendi perspicit habitudinem quae per duos conceptus substantiae et accidentis (vel essentiae et existentiae, vel potentiae et actus, vel materiae et formae) exprimitur. Unus actus intelligendi exprimitur per infinitatem conceptuum numerorum positivorum et integrorum (1, 2, 3, &c). Unde longe distat theoria S. Thomae a theoria Scoti: Scotus enim identificat conceptum cum specie impressa, sed S. Thomas ponit primo ** speciem impressam, deinde actum intelligendi, et tertio speciem expressam quam identificat cum conceptu.

y Actualiter intelligibile est perspecta evidentiae sufficientia ad iudicandum.

Sicut formaliter intelligibile fundat responsum ad quaestiones, Quid, Cur, ita actualiter intelligibile fundat responsum ad quaestiones, An, Utrum.

Sicut formaliter intelligibile oritur ex sensibilibus et in eis primo perspicitur, ita actualiter intelligibile oritur

Concedi quidem oportet quod a peccatoribus alleguntur excusationes, rationalizationes, etc. Praeterea, concedendum est quod ex uno peccato aliud explicari potest, puta, inobedientiam ex superbia. Sed excusatio veri peccati non potest esse vera ratio, secus peccatum non contra sed secundum rationem esset. Et explicatio unius peccati per aliud relinquit primum sine explicatione; ita si inobedientia ex superbia explicatur, tamen ipsa superbia non explicatur; et ideo ultimatim in irrationali, in falsitate quadam obiectiva (I 17 l c), standum est.

Unde concludes quod non est simile de praevisione divina bonum actuum et peccatorum, de praedestinatione et reprobatione, de gratia efficaci et sufficienti. Aliud enim irrationale in sua ratione excludit, et aliud irrationale directe vel indirecte dicit. Quae differentia si praetermittitur in disputationes ~~sine~~ sine fine ducit.

2. De radice convenientiae.

omnibus [Sed, de radice convenientiae, quam ponit in voluntate - unde voluntarismus]

a) Si radicem convenientiae breviter inquirimus, non solum perspiciemus cur theologi ad dicta signa rationis confugere soleant, sed etiam quemadmodum eiusmodi signa investigare oporteat.

b Radicem ergo convenientiae in divina sapientia invenire facillimum.

Deus enim omnipotens omnia facere potest quae rationem entis habeant seu quae contradictionem internam non involvant. Possibile enim apud Deum est omne verbum, et solum quod contradictionem contineat non est verbum. I 25 3 c.

Sed "divina sapientia totum posse potentiae comprehendit" (I 25 5 c) "in Deo ~~idem~~ est idem potentia et essentia et voluntas et intellectus et sapientia et iustitia. Unde nihil potest esse in potentia divina, quod non possit esse in voluntate iusta ~~et~~ ipsius et in intellectu sapiente eius" (Ibid., ad lm).

Unde concludes: quamvis possibile non dicat nisi non-repugnantiam, nihilominus cum tamen late pateat divina sapientia quam divina potentia, constat omnia possible ita esse ordinata ut nihil reapse existere possit quin divinae sapientiae et divinae bonitati congruat.

Quod sane non est intelligendum quasi aliqua essent ~~possibilitat~~ ~~possibilia~~ ~~secundum non-repugnantiam internam~~ ~~possibilia~~ ~~secundum non-repugnantiam internam~~ sed impossibilia secundum comparisonem ad divinam sapientiam vel bonitatem. Sic enim latius pateret divina potentia quam sapientia et bonitas.

Sed potius dicendum est, secundum nostrum modum concipiendi, alium esse ordinem in cognitione nostra et alium in cognitione divina. Nos enim a sensibilibus incipimus, ad intelligentiam quidditatem et proprietatum progredimur, et ad aliquam comprehensionem ordinis universi denique pertingimus. Deus autem quasi incipit ab intelligentia sui ipsius; in sua essentia perspicit totam seriem ordinationum secundum quas omnes mundi possible secundum omnes prorsus suas determinationes existere possunt; et in ista totalitate ordinationum omnes possible naturas, proprietates, actus, circumstantias, aliasque determinationes ~~perspiciat~~ perspicit.

Sic enim tam late patet divina sapientia quam divina potentia. Nam omne, possibile, secundum rationem non-contradictionis invenitur in saltem uno quodam ordine mundorum possible.

bon or una
A

quod est
A

c Ad confirmandam hanc solutionem atque ad plenioram familiaritatem cum scriptis S. Thomae fovendam, sqq. notare iuvabit.

I, 42, 3, Sed contra: "ubicumque est pluralitas sine ordine, ibi est confusio." Sed confusio admittenda non est in ipsa mente divina. Ideoque asserendum est possibile esse a Deo cognita intra ~~eorum~~ eorum ordinationes possibles.

I, 14, 7; CG I, 55: Deus omnia cognoscit uno simplici intuitu sine ullo discursu. Ergo non primo cognoscit res, naturas, proprietates, et deinde ordinationes possibles excogitat ad modum hominis. Sed simul et ordinationes et res cognoscit. Neque cognosci possunt ordinationes sine rebus ordinatis, ideoque dicendum quod cognoscit ordinationes modo concreto, scil. una cum rebus ordinatis.

I, 47, 1; CG III 64 §10: Ordo universi propinquior est divinae essentiae et perfectius participat et repraesentat eam quam quaelibet alia creatura. Sed Deus omnia alia in ~~in~~ sua essentia cognoscit. Unde concluditur quod quodammodo per prius in essentia ~~perspicit~~ perspicit ea quae propinquiora sunt ipsi essentiae, nempe, ordinationes rerum possibles.

I, 15, 2; CG II 42 §6: Ex eo quod Deus cognoscit ideam ordinis universi, S. Thomas concludit quod Deus cognoscit ideas particularium rerum quae in idea universi necessario continentur.

I, 19, 4, c. ad fin: Voluntas divina concipitur tanquam exsequens quod in divino intellectu continetur. De Ver 23, a. 6: blasphemum reputatur negare divinam voluntatem sequi ordinem sapientiae divinae. Quare ~~concludit~~ ^{concludere} possumus ex modo volendi divino ad modum intelligendi divinum. Et sic in sequentibus.

CG II 42 §2: ordo universi est prior in intentione divina.

CG I 78 §4: Deus probatur velle singularia bona quia vult bonum ordinis universi quod ~~in ea~~ singularia bona contineat.

I, 19, 5: Deus non vult hoc quia vult illud, sed vult hoc esse propter illud. Scilicet, ipse ordo rerum est id quod Deus vult, et per consequens vult id quod ordinatur et id ad quod ordinatur.

I 19 9: Deus nullo modo vult malum culpae, quod privat ordinem ad bonum divinum; vult autem malum naturalis defectus et malum poenae indirecte tantum ~~inquam~~ inquantum vult bonum quod cum tali malo connectitur.

CG II, 23 et 24; III 97 §13ss: quia omnia ordinantur a sapientia divina, ratio assignari potest pro una quaque re; sed quia totus ordo libere eligitur, ultima ratio cuiuscumque rei est libera Dei voluntas. Et sic evitatur tum error eorum ~~quae~~ dicunt omnia necessitate fieri tum etiam error eorum ^{qui} dicunt omnia ex simplici Dei voluntate sine ratione evenire.

qui ex

3. M. De Excellentia Ordinis.

Mirum forte videtur quod bonum ordinis universi adeo laudatur ut perfectius quam alia quaelibet creatura repraesentat divinam essentiam et participet divinam bonitatem. Qua de causa, breviter de excellentia ordinis disserendum videtur.

Ab Aristotele bonum definitur id quod omnia appetunt, ideoque ex hierarchia appetibilitatis ad hierarchiam bonorum statuendam procedere possumus.

In primis ergo bona dicuntur ipsae satisfactiones appetitus; sic alii voluptates, alii divitias, alii honores, alii sapientiam, alii virtutes desiderant; et cum haec bona acquisita sint, appetitus quiescit, gaudet.

Attamen vera quies non obtinetur per quaslibet appetitus satisfactiones. Nam praeter materiales satisfactiones, etiam desideratur mensura quaedam conveniens, recta eorum consecutio, ordinatio, convenientia cum natura hominis. Intellectus enim sicut ordinem in aliis rebus perspicit, ita etiam ordinem et mensuram satisfactionibus imponit. Ideoque praeter bonum quod in satisfactionibus consistit, etiam est aliud bonum quod dici potest bonum ordinis.

Quanti vero bonum ordinis faciendum sit, elucet cum in singulis individuis tum in tota communitate.

In singulis individuis elucet inquantum conceditur nihil esse vere bonum nisi etiam sit moraliter bonum; sed bonitas moralis consistit in ordinatione actuum quae imponitur per dictamen rectae rationis. Ideoque sicut satisfactiones omnes sunt tantum bonum apparens nisi sint secundum ordinem rationis, ideoque concludendum est quod bonum ordinis moralis est bonum formaliter et satisfactiones ~~non~~ sunt tantum bonum materialiter.

Ad eandem conclusionem pervenimus si consideramus ordinem in tota communitate. E.g., quid deest in depressione oeconomica? Manent materiae. Manent operarii et laborare volunt. Manent conductores qui vellent operarios conducere. Manent appetitus humani qui satisfieri desiderant. Materialiter omnia sunt eadem ac in expansione rerum oeconomicarum. Sed formaliter adest maxima diversitas, nam in expansione ordo oeconomicus viget, et in depressione idem ordo disrumpitur, disaggregatur.

Unde concludes: bonum ordinis est id quod formaliter est bonum, nam accedente ordine bona apparentia fiunt bona vera, et bona disaggregata et inutilia ~~in~~ conflantur in maximum illud bonum commune, nempe, in ordinem oeconomicum fructuosum et in ordinem politicum pacificum.

Quibus perspectis, ad profunditatem mentis D. Thomae ascendere possumus, qui saepissime affirmavit bonum ordinis ^{totius} universi esse maximum bonum in rebus creatis.

Vide: CG I 70 §4; I 85 §3; II 39 §7; II 42 §3; II 47 §2; II 45 §8; III 64 §9s.; III 69 §18; ~~II~~ I 22 4; I 47, 1; I 103, 2, 3m.

Hac de re textus ex S. Thoma cumulat: Robert Linhardt, Die Sozialprinzipien des hl. Thomas von Aquin. Herder: Freiburg im Breisgau. 1932. §10. Die Universumidee. pp. 67 - 80.

Attamen difficultates quaedam ex ipso S. Thoma proferri possunt contra assertum, nempe, ordinem universi esse optimum in rebus creatis.

a Primo, obici potest ad mentem personalistarum quod Christianus non debet amplecti opinionem Aristotelicam et paganam secundum quam creatura rationalis est tantum pars in toto et pars propter totum.

Quod confirmatur ex ipso S. Thoma, qui asseruit (CG III, 112, §4) creaturas rationales esse propter se.

Praeterea, servus est propter dominum, sed liber est qui causa sui est. Sed creatura rationalis est essentialiter libera, ideoque propter se est, et non propter aliud.

Resp. Id ipsum quod creatura rationalis est propter se est pars quaedam seu elementum in ordine universi, ideoque illud "propter se" adeo non opponitur ordini universi ut ex ipso ordine ~~ex~~ oriatur et per ipsum ordinem confirmetur.

Praeterea, ordo universi non solum facit ut creaturae rationales sint propter se, sed etiam determinat quo sensu sint propter se. Scilicet, sunt partes principales in universo, et ideo eorum natura maxime confert ad determinationem ordinis qui universo conveniat. Iterum, sunt propter se quatenus non sunt propter speciem sicut animalia et plantae. Iterum, sunt propter se quatenus non caeca lege naturali sed per legem moralem intellectu conspectam et voluntate amplexam gubernantur.

Quae omnia non excludunt subordinationem creaturarum ~~rar~~ rationalium ad ordinem universi sed ~~potius~~ explicant quemadmodum ordini subordinentur. Vide CG III 112 §10; etiam sqq. cc. 113 - 116.

b Secundo obicitur ex I II 113 9 c: maius bonum est quod ex impio iustus fiat, quam creare coelum et terram. Et Ibid., ad 2m: bonum gratiae unius maius est quam bonum naturae totius naturae. Ergo bonum gratiae est multo melius quam bonum ordinis.

Resp. Bonum ordinis supernaturalis ~~est~~ est maius quam bonum ordinis naturalis. Sed bonum ordinis universi in ordine actuali includit utrumque.

c Tertio, obicitur quod imago Dei invenitur in parte hominis rationali, quod incaeteris invenitur non imago Dei sed tantummodo vestigium. Ergo ordo universi non perfectius repraesentat divinam bonitatem quam quaelibet alia creatura.

Resp. Ordo dicitur dupliciter, praecisive de complexu quodam relationum, concrete et de relationibus et de rebus ordinatis.

Quare si concrete sumitur, ordo universi est melior quam pars rationalis in homine, quia includit omnes homines et addit super eos ceteras creaturas. Cf. I 93 2 3a et 3m.

d Quarto, obicitur quod Deus Christum diligit, non solum plus quam totum humanum genus, sed ~~etiam~~ magis quam totam universitatem creaturarum. Ideoque, cum Deus plus amat quae meliora sunt, melior est solus Christus quam tota universitas.

~~Resp. sensus huius loci explicari ex verbis quae statim sequuntur, nempe, "quia dedit ei nomen quod est super omne nomen, ut verus Deus esset." Sicut ipsa divinitas est melior quam quaelibet creatura vel universitas creaturarum, ita Deus Xpm diligit plus quam universum quia vult ~~et~~ ei dare non solum universum (1 Cor 3 23) sed ~~etiam~~ esse divinum.~~

Resp. Eo magis quis aliquem diligit, quo maius bonum ei velit. Quare qui bonum finitum alicui vult, mensura finita diligit; et qui bonum infinitum alicui vult, mensura infinita diligit. Iam vero Deus Christum infinite diligit, nam dedit ei "nomen quod est super omne nomen, ut verus Deus esset" (I 20 4 1m). Et universitatem creaturarum Deus finite diligit, nam eis dedit bonum finitum, nempe, ipsum universi ordinem, qui tamen est res optima inter creaturas.

e Optimum in rebus creatis est quod habet dignitatem infinitam. Sed dignitas infinita invenitur in Xto qui Deo in unitur, in visione beatifica qua beati Deo fruuntur, in divina maternitate BVM. Ergo optimum non est bonum ordinis universi.

Resp. ~~Ista dicuntur habere dignitatem infinitam quae referentiam ad ipsum~~

Resp. Bonum ordinis est optimum tantummodo in rebus creatis qua creatis. Unio hypostatica, visio beatifica, maternitas divina dicuntur, ~~optima~~, non qua creaturae, sed qua in sua ratione ipsum Deum aliquo modo includunt. Vide I ~~26~~ 25 6 4m.

infinita,
^

4. De signis rationis.

Circa intellectum et voluntatem divinam, signa rationis semper eodem modo sunt assignanda, ita ut omnis quaestio quae communiter fit de signis reduci possit ad quaestionem circa ordinem rerum a divina sapientia efformatum et a divina bonitate electum.

Semper enim et requiruntur et sufficiunt sex signa, nempe, 1) Deus ipse se cognoscit, 2) Deus necessario divinam bonitatem amat, 3) Deus per scientiam simplicis intelligentiae inspicit in sua essentia omnia possibilis a divina sapientia omnibus ~~modis~~ modis possibilibus ordinata, ~~4)~~ 4) Deus quia optime cognoscit infallibilitatem proprii intellectus, efficaciam propriae voluntatis, irresistibilitatem propriae potentiae, ideo cognoscit ante omnem actum liberae suae voluntatis quod, si ordinem quemdam ~~eligerit~~ elegerit, omnia prorsus procedent eodem modo ~~ac~~ ~~ea~~ sua sapientia elegerit, omnia prorsus procederent eodem modo ac per suam sapientiam iam sunt ordinata, 5) Deus eligit aliquem ordinem, nempe, ordinem mundi actualis, 6) qua electione adiecta, transi-~~electa~~lecta pars scientiae simplicis intelligentiae in scientiam visionis.

Requiruntur haec signa: quia Deus cognoscit et vult et se et alia quae sunt, et praeterea cognoscit ea quae esse possunt et, supposita electione divina, essent.

Sufficiunt haec signa: quia secundum nostrum ~~modum~~ modum concipiendi 1) ordinant actus divinae intellectus et voluntatis et 2) praebent fundamentum ad determinandam convenientiam cuiuslibet rei creatae.

Quod alterum assertum declaratur. Cum ordo actualis rerum ~~a divina sapientia praeconcepitur et a divina bonitate eligitur~~ a divina sapientia praeconcepitur et a divina bonitate eligatur, possumus arguere sive ex revelata intentione divina ad ordinem rerum sive ex ordine rerum a nobis perspecto ad ordinem divinae sapientiae et bonitatis.

Unde sequitur conclusio magni momenti. Solent enim multi asserere quod quaestiones de convenientia sine fine disputantur etiam sine fructu, quippe quae a vana quadam speculatione humana procedant.

At si revelatur divina intentio, certissime cognoscitur ordo a divina sapientia eformatus et a divina voluntate electus. Quod nullum locum relinquit speculationi et rationibus mere probabilibus.

Iterum, ut ex ipso actuali ordine perspecto ad ordinem a Deo praeconceptum et volitum legitime procedatur, minime sufficit mera speculatio de ordine actuali. Actualis enim ordo inest rebus actu existentibus et actu ordinatis, et per cognitionem methodicam legum quae de facto vigent in hoc mundo ad eam solidam cognitionem ordinis actualis procedi potest.

Ordo div. sup. : electio libera Dei : hypothesis scientiae imp. : verificatio.

Porro, ut haec de signis rationis confirmemus et simul ut maiorem familiaritatem cum scriptis S. Thomae foveamus, iuvat addere sequentia.

In primis, de fine universi quaesivit Aristoteles, Met. Lambda, 10, 1075a 12ss. Quem locum exposuit S. Thomas In XII Met., lect. 12, §2627-2631.

Distinxit ergo Aristoteles inter finem intrinsecum (eg forma ad quam tendit alteratio vel generatio) et finem extrinsecum (eg locus ad quem tendit motus localis). Cum vero universum sit totum quoddam partibus ordinatis constitutum, habet et finem extrinsecum (nempe, Deum cuius amore omnia moventur) et finem intrinsecum (nempe, ipsum ordinem partium ad invicem et ad totum, qui est et forma universi et bonum ipsius et finis eius intrinsecus).

~~Quae doctrina cum ordine congruat cum principiis S. Thomae (nam "sicut Deus alia a se intelligit intelligendo essentiam suam, ita alia a se vult volendo bonitatem suam; et quidem alia ut ordinata intelligit et vult).~~

Quae doctrina saepius a S. Thoma citatur: eg I d 39 q 2 a 1; De Ver 5 3; CG II 24 §4; I 78 §4; ST I 21 1 3m; 47 3 1m; 103 2 3m. Omnino enim congruit cum principiis suis. Nam "sicut Deus alia a se intelligit intelligendo essentiam suam, ita alia a se vult volendo essentiam suam bonitatem suam" I 19 2 2m. At alia intelligit et vult ut ordinata. Unde id quod Deus vult est ordo universi seu finis universo intrinsecus et id propter quod Deus vult est bonitas sua divina seu finis universo extrinsecus.

Quam profunde vero intret haec notio ordinis in totum systema thomisticum, exinde apparet quod docet S. M Thomas: mundum esse unum unitate ordinis (I 43 3); ex quo ordine demonstratur existentia Dei (I 2 3); et ex qua unitate ordinis demonstratur unicitas Dei (I 11 3); praeterea, iustitia Dei distributiva identificatur cum ordine universi (I 21 1) et cum veritate rerum ontologica (I 21 2; cf 16 1; 17 1); praeterea, ordo universi a Deo praeconceptus est divina providentia (I 22 1), executioni mandatus est divina gubernatio (I 103), et in ipsis rebus existens est fatum (I 116 1-3); unde Deus se habet ad res creatas sicut artifex ad artificata (I 14 8); praeterea, ordo universitatis in Deo tamquam principe est lex aeterna (I II 91 1) et a creatura rationali participata est lex naturalis (I II 91 2); praeterea, quo sensu hic mundus dicendus sit optimus, ex ratione ordinis elucet (I 25 6 3m; 47 2 1m; 48 2 3m; 56 2 4m); denique propter perfectionem universi existit rerum multiplicitas (I 47 1) inaequalitas (I 47 2) creaturarum defectibilitas (I 48 2) spiritualitas (I 50 1) et materialitas (I 65 2).

5. De convenientia Incarnationis.

a vide auctorem p. 46 ss.

b Quod magis systematice exponi potest, in quantum rationes rerum plenius continentur in ordine universi et quidem, quoad res humanas, in ordine universi historico.

Proinde ordo historicus dupliciter considerari potest. Primo modo, in quantum efficitur synthesis omnium quae per scientiam historicam determinantur. Alio modo, in quantum per analysin actionis humanae stabiliuntur principia sub quorum luce totum motum historicum in brevi complecti et ~~ix~~ intelligere possimus.

Quae principia ad tria reduci possunt, nempe, natura hominis intellectualis, voluntas humana defectibilis, et adiutorium Dei miserentis.

Attamen, ut ad finem intentum procedatur, minime sufficit horum principiorum consideratio abstracta, sed singula principia per modum approximationum successivarum in concreta actionum expansione sunt attendenda.

Qua de causa quaeretur 1) quid esset historia humana si omnis homo dictamen rationis semper exsequeretur, 2) quemadmodum historia humana immutetur eo quod homines contra rationis dictamen eligant et agant, et 3) quemadmodum fieri possit ut tale regnum peccati destruat et homo ad vitam rationi conformem revocetur.

c Ad primam quaestionem respondetur quod, si omnes homines semper dictamen rationis cognitum exsequerentur, historia humana esset progressiva intellectus actuatio.

Nam homo est in genere intelligibilium ut potentia, ita tamen ut longe facilius unusquisque addiscat quod iam ab aliis intellectum est, quam ipse nova et hucusque incognita inveniat.

Praeterea, animadvertendum est hanc progressivam intellectus actuacionem per circulum quemdam effici. Nam ~~cognitio nostra a sensibilibus incipit; ad eorum intelligentiam progreditur; actio humana a sensibilibus incipit;~~ actio humana per cognitionem humanam dirigitur et informatur; cognitio autem a sensibilibus incipit, ad eorum intelligentiam progreditur, in consilia practica ducit quae, cum per electionem voluntatis executioni mandantur, nova et ~~mutata~~ ^{creata} sensibilia producunt. Unde omnis nova rerum intelligentia ipsam rerum situationem concretam immutare solet; et vicissim omnis immutatio situationis, ~~creatae~~ ad novas quaestiones et ad pleniorum rerum intelligentiam ducit.

Qui circulus progressivus tripliciter evolvitur. Primo modo, ut perficiantur artes ~~mechanicae~~ mechanicae et liberales et virtus prudentiae; et sic omnis homo per experientiam addiscere solet. Altero modo, in quantum idem circulus per reflexionem perspectus in methodum scientificam elevatur; solent enim scientifici 1) data empirica observare et mensurare, 2) per actus intelligendi leges, hypotheses, theorias emittere, 3) ~~supponere~~ ex huiusmodi legibus, hypothesis, theoriis deducere ~~consequentias logicas~~, 4) ~~secundum haec consequentias~~ deducere consequentia logica, 4) secundum haec consequentia actiones experimentales dirigere, et 5) in ipsis experimentis nova data empirica observare et mensurare ita ut leges, hypotheses, theoriae aut confirmantur aut corrigantur. Tertio denique modo, idem circulus sive ordinarius sive methodicus a philosopho examinatur; et ita pervenitur ad analysin generalem omnis entis proportionati, nempe quod tale ens componitur elemento empirico, quod sensibus innotescit, elementorum formali, quod intelligentia perspicitur, et elemento

"data"

concretas

actuali quod iudicio affirmatur.

d Ad secundam quaestionem respondetur quod, cum homines dictamina rationis non exsequantur, circulus ille progressivus ~~corruptus~~ corrumpitur et in regnum quoddam peccati immutatur.

In primis, enim, animadvertendum est omne peccatum non solum in se intelligibilitate carere et irrationale quoddam seu surdum constituere sed etiam omnem actionem peccaminosam eiusmodi inordinationem et irrationabilitatem in situationem obiectivam transferre. Scilicet, situatio socialis producitur ab hominibus et, sicut situatio intelligibilis producitur in quantum homines secundum intelligentiam et rationem agunt, ita pariter situatio obiective inintelligibilis et irrationalis producitur in quantum homines contra intelligentiam et rationem agant.

Deinde, ex situationibus concretis hauriuntur data empirica; secundum data empirica fiunt actus intelligendi, iudicandi, consiliandi; et secundum consilia fiunt actiones.

Iam vero in quantum data empirica sunt vere intelligibilia, sequitur, ut iam dictum est, progressiva humani intellectus actuatio. E contra, in quantum data empirica non sunt intelligibilia, in quantum sunt sequelae irrationalitatis, gravissimam ambiguitatem continent. Ex una parte, sunt de facto; ex alia parte, esse non debent. Ab iis homo non potest praescindere, nam de facto sunt. At si homo ea intelligere conatur, quaerit intelligibilitatem ubi nulla intelligibilitas est et facillime in errorem vergit.

Porro, haec ambiguitas obiectiva et suum circulum habet, qui tamen non progressivus sed regressivus est. Praeterea, sicut circulus progressivus est triplex, nempe, vulgaris, scientificus, et philosophicus, pariter circulus regressivus est triplex.

Circulus regressivus vulgaris est notissima antinomia inter theoreticum et practicum, ubi theoreticum dicit id quod esse debet, quod homo facere tenetur, et practicum est ad facta concreta attendere, fortiter et audacter potius quam scrupulose agere, easque agendi normas observare quae de facto communiter recipiuntur. Iam vero quo magis homines fiunt practici hoc sensu pejorativo, eo magis augetur corruptio situationis socialis *etque* semper crescit irrationale seu surdum ~~ambiguitas~~ obiectivum.

At idem circulus non solum praxin humanam corrumpit sed etiam ipsam theoriam. E.g., illud novum invexit Niccolo Machiavelli quod, ubi antecessores de statu iuridice concepto dissererunt, ipse de arte seu ~~technica~~ *technica* potestatem supremam acquirendi et ~~conservandi~~ *conservandi* investigavit. Caeteri de eo quod esse debet tractaverunt; at ipse de eo quod fit. Neque illud omittendum est quod per eiusmodi doctrinam mala praxis humana systematizationem et organizationem quandam theoreticam ~~acquisivissimam~~ *acquisivit*. Longae ante Machiavelli exsistebat quod vocatur "power politics," "Realpolitik," "lax raison d'état." At post eum scripta sunt multa opera politica, oeconomica, sociologica, psychologica quae semper magis ab omni consideratione morali praescindunt, quae hominem uti de facto est et operatur exhibent, imo quae non solum scientias humanas empiricas laudant et evolvunt sed etiam hominem uti de facto est tamquam normam moralitatis ~~exhibent~~ *praedicant*.

Ita ad tertium circulum philosophicum et religiosum acceditur. Quo magis enim praxis humana mala et theoria ad

tantum

conservandi

praxin adaptata vigent, eo magis de vita hominum concreta extruditur philosophia vera et religio vera. Haec enim non loquuntur de rebus uti de facto sunt; applicationes concretas sine heroismo non admittunt; et heroismus est rarus. Stoici laudabant sapientem; at quaerebant Epicuræi, ubi terrarum degat ille sapiens. Composuit, ni fallor, Fournier philosophiam quamdam paupertatis; at Marx ~~respondit~~ respondens scripsit de paupertate philosophiae. Sicut homo vulgaris, sicut homo scientificus, ita etiam philosophus a factis irrationalibus praescindere non potest. At longe profundius ~~xxx~~ corrumpit vitam ~~humanam~~ humanam circulus regressivus philosophicus et religiosus. Ita aetas moderna ab unitate medievali inceptit; propter abusus qui in ecclesia fiebant, potuerunt novatores haeresin propagare in nationes quasdem fere integras; at divisiones religiosas sequebantur bella religiosa, et ideo potuerunt rationalistae multis persuadere omnem religionem revelatam esse reiiciendam et hominem per solum naturale rationis lumen esse regendum; pro dolor, lumen illud rationis multa et diversa concludebat, unde de rationalismo in liberalismum factus est transitus, ita ut singuli suum lumen, sequerentur et lumina aliorum tolerarent; at bonum commune, omnibus diversa opinantibus, haud facile consulitur et, cum unitas religiosa desit, cum unitas rationalistica non sit speranda, cum unitas sentimentii nationalistici non sufficiat, quaeritur ~~xxx~~ unitas vel totalitariana per mythos, conscie fabricatos vel communistica secundum ~~xxx~~ placita materialismi dialectici. Ita pergit homo modernus in illum statum, ubi de rationabilitate hominum desperandum videtur, quod descripsit S. Paulus in primis tribus capitibus epistolae ad Romanas.

e Quibus perspectis oritur tertia quaestio, nempe, quemadmodum fieri possit ut hoc regnum peccati destruat et homo ad vitam rationi conformem revocetur.

In primis, illud notandum est quod solutiones possibles sunt multae et diversae; omnipotentia enim divina sese extendit ad omne quod contradictionem non involvit. Cum tamen nos divinam sapientiam minime comprehendamus, illas solutiones considerare oportet quae solutioni actu existenti similiore sint.

Ideoque primum elementum solutionis consistere videtur in revelatione quadam per fidem divinam accepta. Alia enim via non apparet qua homo clare, expedite, et cum certitudine ad veritates essentielles cognoscendas ~~xxx~~ perveniat. Nam non solum sunt falsa principia late divulgata et communiter recepta sed etiam hi errores speciem quamdam veritatis prae se ferunt propter eorum convenientiam cum mala praxi humana et cum irrationali obiectivo et sociali. Sane qui ab aliis laboribus vacant, qui puro et sincero corde inquirunt, ad veritates essentielles pervenire possunt. Sed id quod requiritur non est veritas a paucis agnita ~~xxx~~ post longum laborem, sed veritas omnibus accessibilis.

Aliud elementum est spes alterius vitae. Minime enim sufficit veritas agnita nisi accedit voluntatis vigor. At quantum requiritur vigor. Renovatio enim societatis non per societatem, sed per, individuos est perficienda, et quidem per ~~individuos~~

nisi ut eam
reprehendat;
sequatur

proprium

plus minus

corruptam
regeneratos

individuos qui non solum iudicent sed etiam agant contra erronea principia communiter agnita, contra materialisticum illum determinismum qui eo latius se extendit quo magis a ductu rationis homines recedunt, contra omnem expectationem mere humanam quae obiectivum surdum sociale non solum ut factum agnoscit sed etiam tamquam normam actionis "prudens." Quibus perspectis, sat facile elucet homines multos et ordinarios ad requisitum voluntatis vigorem non esse perventuros nisi per spem alterius vitae animi eorum erigantur.

Tertium praeterea elementum est caritas. Ubi situatio obiectiva est intelligibilis, sufficit regula rationis rectae ad eandem intelligibilitatem perpetuandam. At ubi situatio obiectiva iam per cumulata peccata et inveteratos errores est corrupta, recta ratio quae iustitiam praedicat minime sufficit ad irrationale extirpandum. Iustitia enim ad aequalitatem tendit neque odia inimicitiasque tollit nisi caritate transformatur. Si individua infelici sorte laborantia, si classes depressae, si nationes iniustitiam perpessae erigi debent, aliud nescio remedium praeter illam caritatem quae propriis iuribus non insistit, quae ultro bonum facit ubi bonum fieri potest, quae inimicos amare et pro amatis animam ponere ~~patet~~ vult.

Quartum denique elementum est mysterium ~~hanc~~ late dictum. Stricto enim et technice mysterium dicit obiectum fidei divinae quod propter excessum intelligibilitatis intellectum creatum superat. At latius dicitur idem nomen cum in recitatione cononae marianae vel in exercitiis spiritualibus meditatur super mysteria vitae D.N.I.C. Iam vero mysteria eiusmodi late dicta in primis per repraesentationes sensibiles innotescunt, deinde ea significant quae iam intellectu perspeximus, tertio ad plenioram intelligentiam invitant, quarto affectus, emotiones, sentimenta commovent, erudiunt, confortant. Quae omnia quanti sint momenti ex eo elucet quod sicut omne quod cognoscimus a sensibilibus originem ducit, ita omne quod ratione decernimus et voluntate eligimus eo promptius et facilius in actiones externas procedit quo magis parata est pars sensibilis ad imagines et affectus convenientes evocandos.

~~f. Iam vero in multis et diversis ordinibus ad regnum peccati destruendum diversae possent esse species fidei, spei, et caritatis. De se enim sufficeret fides illa, de qua loquitur Concilium Vaticanum (DB 1786), ut omnes expedite, firma certitudine, et nullo admixto errore veritates naturales cognoscant. De se sufficeret spes naturalis immortalitatis et beatitudinis quae nostrae naturae proportionatur. De se sufficeret naturalis amor Dei super omnia ut homo non declinet a bono communi ordinis in bonum privatum et inordinatum (I II, 109, 3).~~

At in ordine actuali homo dirigitur in finem absolute supernaturalem ut Deum ipsum per essentiam ~~videt~~ videat in aeternum, in hunc finem assequendum adiuvatur auxiliis divinis quae proportionem cuiuslibet substantiae creatae superant, imo Deum amat per caritatem Dei diffusam in cordibus per Spiritum sanctum (Rom 5 5) et a Deo Patre amatur sicut et Filius proprius, secundum illud, "dilexisti eos sicut et me dilexisti" Ioan., 17 23.

f At profundius rem considerare oportet. Hactenus enim de ordine rerum intrinseco disseruimus, sed ipse hic ordo, sicut a Deo omnium rerum primo principio derivatur, ita per respectum ad Deum rerum omnium finem ultimum stabilitur.

Iam vero peccatum non solum est actus contra dictamen rectae rationis sed etiam est offensa Dei. Fides non solum est remedium rationis aberrantis sed etiam est obsequium Dei veritatis et veracitatis. Spes non solum excessivum amorem boni sensibilis corrigit sed etiam ad vitam immortalem eiusque bona mentem revocat. Si amor proximi ab inordinato sui amore hominem flectit Neque homo ab inordinato amore boni privati ad amorem proximi convertitur nisi prius in Deum, qui etiam naturaliter super omnia diligere debet (I II, 109, 3), convertatur. ^r Mystrium denique maximum, quod per totam creatio^r omnem omnem creaturam innuitur, est ipse Deus in omnibus praesens et operans et sua bona communicans et super omnia diligibilis.

diligi
^^

Praeterea, ad regnum peccati destruendum, sufficeret fides per quam veritates tantum naturales crederentur, sufficeret spes immortalitatis et beatitudinis naturalis, sufficeret naturalis amor Dei super omnia. At in ordine actuali homo dirigitur in finem absolute supernaturalem ut Deum ipsum per essentiam in aeternum videat. In hunc finem assequendum adiuvatur auxiliis divinis quae proportionem cuiuslibet substantiae creatae superant. Ut Deum convenienter amet, diffunditur in corde caritas Dei per Spiritum ~~sanctum~~ sanctum qui datus est nobis (Rom 5 5). Brevi, a Deo Patre diligitur sicut et Filius proprius, secundum illud "dilexisti eos, sicut et me dilexisti" Ioan. 17 23.

~~g~~ Quibus perspectis, triplex convenientia Incarnationis agnoscenda videtur, scilicet, prout est sanatio naturae lapsae, prout est restauratio finis supernaturalis, et prout est manifestatio divinae bonitatis.

Etenim ut a principio ordiamur, divina bonitas voluntati divinae est et obiectum quod amatur et motivum cur ametur. Deus enim amat bonitatem suam propter bonitatem suae bonitatis. At praeter hunc amorem necessarium, etiam libere amare potest participationes suae bonitatis quia eandem bonitatem imitantur atque communicant. Et, facto libere elegit atque creavit illam participationem et ~~ex~~ communicationem quae in toto ordine actuali consistit.

Quod si hanc electionem quantum fieri potest intelligere studeamus, illud in primis notum habemus eo magis hunc ordinem esse eligibilem quo magis ipse ipsam divinam bonitatem repraesentet atque communicet. Quod sane factum est non solum modo finito, inquantum omnis creatura divinam essentiam imitetur necesse est, sed etiam modo infinito et quoad communicationem et quoad repraesentationem. Quoad communicationem quidem tripliciter in quantum ipse Deus iustis datur eosque inhabitat, in quantum ipse Deus beatis tanquam species intelligibilis illabatur ut ab eis quoad essentiam videatur, et in quantum ipse Deus humanam naturam assumpsit et homo factus est. Quoad repraesentationem vero inquantum ~~infit~~ infinitas divinae bonitatis, quae positiva a nulla creatura repraesentari potest, per oppositionem inter bonum et malum quodammodo exhibetur; etsi enim bonitatem Dei illimitatam hac in vita perspicere non valeamus, eam tamen quodammodo aestimare possumus cum hominem peccatis irretitum consideremus a Patre per Filium in Spiritu sancto esse salvum factum.

g Quibus perspectis, iam ad finem properemus breviter recolentes quibus criteriis de convenientia Incarnationis iudicare possimus et quemadmodum haec criteria applicentur.

In genere stabilitum est convenientiam esse 1) intelligibilitatem proprie dictam, 2) non necessariam sive quoad existentiam sive quoad essentiam, 3) in materia theologica mysteriosam, 4) in divina sapientia quae omnia possibilis ordinat radicatam, et 5) liberrimo Dei consilio electam propter ipsam divinam bonitatem manifestandam.

Quare qui convenientiam Incarnationis perspicit, duo intelligit, nempe, quemadmodum ipsa Incarnatio se habeat ad actuale omnium rerum ordinem, et quemadmodum hic ordo se habeat ad divinam bonitatem manifestandam. Quae duo minime sunt separanda, cum universitas creaturarum internam suam intelligibilitatem eo attingat quod in Deum communem omnium finem ultimum ~~attingit~~ tendat. Unde dicitur: "Quaerite ergo primum regnum Dei et iustitiam eius, et haec omnia adicientur vobis" Mt. 6, 33.

Proinde tripliciter rerum ordo nobis innotescit, 1) inquantum ex principiis generalibus ad ea pervenimus quae omni ordini sunt communia, e.g., ordinem esse intelligibilem, ordinatis excellentiorem, exigentis divinae sapientiae et bonitatis conformem, 2) inquantum Deus nobis revelat intentionem suam in ordine actuali condendo et ~~ressur~~ restaurando, et 3) inquantum ipse ordo actu existens a nobis empirice investigatur et vere etsi imperfecte intelligitur.

~~Iam vero in actuali rerum ordine inventuntur non solum illud commune quod singulae res divinam essentiam imitantur atque participant sed etiam, ~~illa singularia~~, quod ipse Deus suis creaturis se communicat et quidem tripliciter. Nam Deus se dat tamquam donum increatum ut iustis inhabitet; et iterum ipse Deus, vice fungens speciei intelligibilis, mentibus beatorum illabatur ut Deum per essentiam in aeternum videat; et denique ipse Deus ita se communicat humanitati Xti, ut idem sit et Deus et homo.~~

Quae ipsius Dei communicatio absolute supernaturalis convenientissime ordinata est, tum secundum legem divini amoris, tum secundum legem divinae iustitiae. Secundum legem iustitiae quidem, inquantum iustis gratia et beatis gloria sunt propter merita Christi, Christo autem et gratia et visio sunt propter dignitatem personae divinae. ~~Secundum legem amoris vero, inquantum Deus, qui caetera vult et amat volendo et amando bonitatem divinam, inquantum ordo gratiae imitatur inquantum Deus Pater diligit Filium suum inquantum Deus Pater diligit Filium suum qua incarnatum eodem amore, nempe, Spiritu sancto, quo diligit Filium ut Deum; et iterum idem Pater diligit amicos Filii incarnati eodem amore quo ipsum Filium incarnatum diligit, secundum illud "dilexisti eos sicut ut me dilexisti" Io 17 23. Quod in baptismo ~~Lesu~~ Lesu exprimitur inquantum vox paterna de caelis dicit "Hic est Filius meus dilectus" et Spiritus sanctus, qui est amor procedens, sub specie columbae descendit; et in baptismo nostro, repetitur inquantum filii Dei adoptivi efficiuntur et donum increatum Spiritus sancti accipimus.~~

quod

quoddammodo

Iam vero in actuali rerum ordine tria maxime inveniuntur, nempe, 1) ipsae rerum naturae quae modo finito divinam essentiam ad extra participant et obiectum nostro intellectui proportionatum constituunt, 2) communicationes ipsius Dei infiniti qui suam bonitatem ad extra manifestat per donum sui ipsius et quidem tripliciter, cum in Incarnatione idem sit et Deus et homo, in iustificatione conferatur donum increatum, Spiritus sanctus inhabitans, et in patria ipse Deus, vice fungens speciei intelligibilis, mentibus beatorum illabatur, et 3) peccatum cum originale tum illud actuale quod in regnum quoddam irrationale adversus Deum et adversus verum hominis bonum exurgere contendit.

Porro secundum haec tria convenientia Incarnationis declarari potest.

Nam in primis, in quantum ipse Deus se communicat, Incarnatio invenitur fundamentum et ratio aliarum communicationum. Nam beati quidem Deum per essentiam vident propter merita sua, at merita habere potuerunt quia Christus eis meritus est participationem suae gratiae et gloriae; et Christus ipse habuit et gratiam et gloriam et potestatem merendi propter dignitatem personae divinae quae incarnata est.

Quae declaratio secundum ordinem iustitiae exposita iterum exponi potest secundum legem amoris divini. Sicut enim Deus creaturas amat propter bonitatem suam, ita Deus Pater Filium suum qua incarnatum eodem amore diligit quo Filium ut Deum diligit; et iterum idem Pater amicos Filii incarnati eodem amore diligit quo ipsum Filium incarnatum diligit, secundum illud "dilexisti eos sicut et me dilexisti" Ioan 17 23. Quod quidem in mysterio baptismatis Iesu exprimitur. Nam tunc addita est vox paterna affirmans "Hic est Filius meus dilectus," et sub specie columbae Spiritus sanctus, qui est amor procedens, visus est descendere; quod suo modo in nostro baptismo repetitur in quantum per gratiam efficiamur filii Dei adoptivi et templa Spiritus sancti.

Deinde, hae ipsius Dei communicationes quam maxime naturam rationalem perficiunt non solum quatenus ipsae sunt maxime perfectae sed etiam quatenus conferunt perfectionem ~~a natura desideratam~~

quae ita a natura desideratur ut per naturam attingi non possit; nam cognita Dei existentia naturaliter quaerimus quid sit Deus, quam quidditatem positive cognoscere non possumus nisi per visionem Dei (ST I 12; I II 3 8); et iterum naturaliter omnis appetitus Deum super omnia diligit (I 44 4 3m; 60 5; 21 1 3m), at voluntas humana in natura lapsa ad bonum privatum declinat (I II 109 3) neque rectificatur (I 113) nisi per gratiam et caritatem qua in amicitiam cum Deo unimur (II II 23).

Tertio, quantum ad peccatum attinet, Verbum incarnatum est agnus, qui tollit peccata mundi. Et primo quidem in quantum peccatum est offensa Dei, per passionem suam nos redemit et pro peccatis satisfecit (III 48). Deinde vero in quantum peccata in quoddam regnum coalescere solent, aliud instaurat regnum Dei aptum natum ad destruendum regnum peccati, in quantum mysteria vitae Xti, olim, praefigurata, et post, a sanctis imitata, sensibilitatem nostram erudiunt, in quantum fides nostram falsitatem expellit, in quantum spes nostram debilitatem ~~erigit~~ erigit, in quantum caritas irrationale obiectivum eradicat. Cui regno Xti nostris temporibus valde evolutum regnum peccati opponitur, quod in atheismo fundatur, per mendacia utilia propagatur, in spe boni dumtaxat temporalis confirmatur, et per discordia et odia et invidias fovetur.

Dei

in VT in NT

atque inflammant

Quae cum ita sint, elucet illa duo quae intelligenda erant ut convenientia Incarnationis ~~perspiciatur~~ perspiceretur, nempe, quemadmodum se habeat Incarnatio ad ordinem universi, et quemadmodum ordo universi se habeat ad ~~divinam~~ divinam bonitatem manifestandam. Incarnatio enim est principium ipsius ordinis restituendi, cum per eam et peccatores cum Deo reconcilientur et regnum peccati vincatur et natura ad summam perfectionem elevatur et ipse Deus suis creaturis iuste et amantissime communicetur. Proinde, ordo ita restitutus maxime divinam bonitatem ad extra manifestat, tum quia ipsa bonitas infinita ~~creaturis communicatur, tum quia eadem bonitas omnem aliam boni appetitionem fundat, tum quia~~ ~~boni appetitionem fundans~~ creaturis communicatur, tum quia haec communicatio fit indignis bonitatem ad extra manifestat, tum quia naturam ultra vires naturae perficit, tum quia ipsam bonitatem divinam communicat, tum quia haec communicatio summa misericordia fit peccatoribus atque indignis.

6. De necessitate Incarnationis.

a vide auctorem, p. 51 s.

b Incarnatio necessaria est 1) non ratione sui, nam Deum non incarnari non continet contradictionem, et omne est possibile apud Deum quod contradictionem non contineat (I 25 3),
2) neque ratione divinae sapientiae vel bonitatis, nam quidquid Deus facere potest, etiam sapientissime et summa bonitate facere potest, cum eadem in Deo sit potentia et sapientia et bonitas (I 25 5),

3) neque ratione peccati sive originalis sive actualis, nam peccatum non est ~~xx~~ titulus necessitans gratiam et multo minus est titulus necessitans Incarnationem,

4) neque ex suppositione gratiae ~~x~~ restituendae, nam aliis viis potest Deus sapientissime ordinare donum vel restitutionem gratiae,

5) sed solummodo ex suppositione sive explicita sive implicita ipsius Incarnationis nam, supposita ipsa Incarnatione, contradictorium esset eam non fieri; ~~x~~ quae suppositio fit sive supponitur satisfactio condigna pro peccato sive supponitur Deum velle restitutionem ordinis primitivi per agentem proportionatum

c Quibus dictis, elucet quanti momenti theologo est perspectam habere rationem convenientiae. Nam cum convenientia dicat intelligibilitatem proprie dictam et tamen minime necessariam, theologus potest et rationes rerum convenientes investigare atque intelligere quin ullo modo libertatem Dei et gratuitatem ordinis supernaturalis infringat.

7. Circa finem incarnationis. cf. auctorum, pp. 52 ss.

a Non agitur de fine personae divinae vel naturae divinae quae sane minime est propter aliud.

Sed agitur de fine humanitatis assumptae, scil., cur Deus homo, vel cur divinitati quae nullo prorsus alio indiget accesserit humanitas.

b Finis dicit bonum, et quidem illud bonum propter quod aliud est vel fit.

Clarificatio diversorum aspectuum maxime repetenda videtur ex voluntate, nam bonum dicit ens cum habitudine ad voluntatem (De Ver 1 1).

Iam vero voluntas, cum sit potentia rationalis, vult obiectum propter motivum. Unde obiectum est id quod volitur, et motivum est id propter quod volitur.

Praeterea, propter idem motivum diversa obiecta inter se ordinata interdum voluntur. Unde distinguuntur obiectum principale, obiecta secundaria, et media. Obiectum principale est id cuius volitio ex motivo sequitur directe et immediate. Obiecta secundaria sunt alia bona quae necessario vel contingenter oriuntur ex suppositione obiecti principalis. Media denique sunt quae voluntur non propter se sed tantummodo propter aliud, ideoque conferunt ad obiectum principale vel ad obiecta secundaria quoad fieri sed non quoad esse permanens.

Denique, actus fundamentalis voluntatis est amor; sed amare est velle bonum alicui; et is cui bonum volitur dicitur finis cui. Praeterea, cum amor mensuretur secundum bonum quod amato volitur, iidem sunt gradus amoris ac gradus boni voliti. Unde nulla nova quaestio unquam oritur legitime circa varia haec obiecta amoris, nam eo semper ordine et gradu amantur quo ordine et gradu bonum maius vel minus eis volitur.

c Proinde, ad quaestionem, et quidem systematice: Motivum Dei est unicum, nempe, ipsa divina bonitas.

Obiectum voluntatis divinae principale etiam est eadem divina bonitas. Sicut enim in actu puro idem est esse et essentia et idem est intelligere essentiam et affirmare existentiam, ita etiam idem est motivum et x obiectum voluntatis principale.

Obiectum voluntatis divinae secundarium aut hypotheticum est aut actuale: hypotheticum vero est quilibet ordo possibilis; actuale vero est ordo rerum actu existens.

~~Iam vero, uti vidimus, Deus ipsum ordinem vult tanquam optimum in rebus creatis et perfectius suam essentiam repraesentans quam quaelibet pars eiusdem ordinis. Ideoque quaestio de fine incarnationis est quaestio de habitudinibus inter incarnationem et 1) totum ordinem et 2) caeteras ordinis partes et 3) peccatum praesertim Adae.~~

d Prima conclusio est incarnationem esse propter ordinem universi et quidem propter hunc ordinem actualem, peccato disruptum, et divina misericordia reparandum, secundum omnes suas determinaciones concretas. Nam pars est propter totum; et incarnatio, prout hic intelligitur (supra, a), est eventus quidam contingens et in tempore factus; ideoque est pars totius ordinis.

Iam vero, uti vidimus, Deus vult alia a se volendo suam bonitatem, et vult res ordinatas volendo ipsum ordinem et proinde res intra ordinem contentas. Ideoque quaestio de fine Incarnationis est quaestio de habitudinibus inter Incarnationem et 1) totum ordinem, 2) caeteras ordinis partes, 3) peccatum praesertim Aadae.

d Prima ergo conclusio est Incarnationem esse propter ordinem universi, et quidem propter hunc ordinem, secundum omnes suas determinationes concretas, et speciatim qua peccato disruptum et divina misericordia reparandum.

Nam pars est propter totum. Sed Incarnatio, prout hic intelligitur (vide supra sub a), est eventus quidam contingens in tempore factus. Et ordo universi est optimum in rebus creatis et perfectius participans et repraesentans divinam bonitatem quam alia quae libet creatura; ordo enim ~~xxx~~ concrete sumptus includit omnem bonitatem omnium creaturarum et addit formale bonum ordinis.

e Altera conclusio est Incarnationem esse modo prorsus singulari partem principalem intra ordinem universi.

Nam partes dicuntur principales in toto quatenus ordinem totius fundant atque determinant. Sed per Incarnationem totus ordo supernaturalis fundatur tum secundum legem iustitiae tum etiam secundum legem amoris, uti supra determinatum est. Praeterea, per Incarnationem ordo supernaturalis, qui peccato primitus existebat sed per peccatum Aadae amissus, restauratur qui peccato Praeterea, per Incarnationem non solum fundatur ordo supernaturalis sed etiam restauratur Praeterea, per Incarnationem delentur peccata tum secundum peccatum culpae tum secundum reatum poenae Praeterea, ille ordo supernaturalis per Incarnationem fundatus etiam est primitivi ordinis restitutio Praeterea, ille ordo supernaturalis per Incarnationem fundatus etiam est primitivus ordo qui peccato amissus per propitiationem et satisfactionem et merita Christi restituitur. Praeterea, per Incarnationem instauratur regnum Dei quod opponitur regno peccati et denique tandem hunc peccati regnum destruit.

→ Praeterea, ille ordo supernaturalis per Incarnationem fundatus etiam est ordo supernaturalis primitivus et restitutus; Xtus enim per propitiationem et satisfactionem et meritum ita peccata delet ut plenam cum Deo reconciliationem effecerit. Praeterea, ille ordo supernaturalis est regnum Dei quod aptum natum est vincere regnum peccati et omnes suos effectus auferre.

f Tertia conclusio est Incarnationem ita esse summum beneficium singulis hominibus ut tamen homines Christo et non Christus hominibus subordinentur.

Est summum beneficium. Sicut enim ille qui reparat ordinem oeconomicum disruptum reparaet, omne bonum oeconomicum in ordine reparato quodammodo causat, ita etiam Xtus, fundamentum et restitutor ordinis supernaturalis, omne bonum supernaturale et omnem peccati destructionem causat.

Quod beneficium non subordinat Christum hominibus. Sicut enim Deus secundum illud "bonum sui diffusivum" causat omne bonum finitum quin ipse subordinetur ulli creaturae, ita etiam Christus intra ordinem divinae beneficentiae peccatum destruit et dona supernaturalia confert quin ipse ulli homini subordinetur.

Imo, caeteri homines Christo subordinantur. Sicut enim milites duci subordinantur et tamen per ducem victoriam et salutem sperant, ita omnes homines subordinantur Christo per quem victoriam et salutem sperant. Unde Christus est in omnibus primatum tenens. Et omnia vestra sunt, vos autem Christi, Christus autem Dei, ubi genetivum possessionis denotat finem. Vide I 21 l 3m.

g Quarta conclusio est quod, vi praesentis decreti, non futuram fuisse Incarnationem, nisi Adam peccasset.

Quod conditionale debet recte intelligi.

Non enim dicit considerationem aliorum ordinum praeter actualem, nam solus ordo actualis est vi praesentis decreti.

Ideoque non dicit quid fuisset in alio ordine ubi Adamus non peccaret.

Neque supponit falsum, nempe Adamum in hoc ordine non peccantem.

Neque facit peccatum sive causam sive veram conditionem sive veram occasionem Incarnationis. Nam et causa et vera conditio et vera occasio dicunt aliquid proprie intelligibile. Sed peccatum ratione sui excludit intelligibilitatem proprie dictam.

Neque supponit peccatum quocumque modo volitum sive a Deo sive a Christo sive a iustis sive a beatis. Nam Deus nullo modo vult malum culpae (I 19 9 c) quod est oppositum ordinis divini. Et sicut Deus, ita Christus et iusti et beati nullo modo pro malum culpae volunt.

Sed conditionale illud supponit unum et unum dicit.

Supponit quidem Deum permittere peccatum Adae. Deus enim neque vult mala fieri neque vult mala non fieri sed vult permittere malum, et hoc est bonum. I 19 9 3m. Cuius permissionis bonitas arcana sane est et misteriosa; unde admiratione aeterna canunt angeli, Sanctus, Sanctus, Sanctus; aliquatenus tamen forte declarari potest inquantum ipsa infinitas divinae bonitatis, quae directe et positive in ente finito repraesentari non potest, indirecte per oppositionem infinitam inter ~~vola~~ volitum regnum Dei et permissum regnum peccati indicatur.

Dicit denique illud conditionale ordinem qui viget inter finem et id quod ad finem est. Sublato enim fine, tollitur id quod ad finem est. Sed finis Incarnationis, vi praesentis decreti, est ordo universi restituendus; at nulla est restitutio nisi prior sit amissio; nulla amissio nisi per peccatum Adami; et ideo nulla Incarnatio nisi Adamus peccasset.

h Quibus perspectis, ad radicem aliarum sententiarum facile attingitur. Id enim quod omnes fugit est differentia inter bona particularia et bonum ordinis. Si quis enim intellexerit bonum ordinis esse verum bonum et quidem formale respectu bonorum particularium, dubitare non potuit Christum esse propter ordinem quem fundat et reparat. Si quis vero bonum ordinis tamquam formale et distinctum bonum non perspexerit, sola bonae particularia consideret necesse est; et tunc cum Scoto opinatur Deum per prius velle optimum bonum particulare, nempe, animam Xti, vel cum Suarezio Deum ex aequo velle aut animam Christi aut animas redimendas, vel cum Molina Deum velle et animam Christi et animas redimendas, vel propter reverentiam erga S. Thomam in confusiones abire ita ut Christus dicatur "finis cuius" (quod est opinio Scoti) et homines redimendi dicantur Xti "finis cui" (quod nihil aliud est nisi obiectum amoris, cum tamen constet Xtum caeteris meliorem plus caeteris a Deo diligi, ST 2 20 4 lm).

quasi

~~Quantum denique attinet ad distinctiones inter finem
cuius et finem cui, dicendum esse videtur cum finis finis
cuius sit finis proprie dictus et finis cui nihil aliud~~

Quantum denique attinet ad "finem cuius" et "finem cui,"
si quidem "finis cuius" dicit finem proprie seu bonum cuius gratia,
et "finem cui" dicit obiectum amoris cui volitur illud bonum quod
est finis, dicendum omnino videtur "finem cuius" Incarnationis
esse non Christum sed ordinem universi reparatum, et "finem cui"
esse et Christum et redimendos, at longe magis Christum qui quo
caeteris melior est eo plus caeteris a Deo diligitur. I 20 4 lm.